



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV

Muret, Marc-Antoine

Antverpiæ, M. D. LXXXVI.

Cap. 11. Euripidem aliter, quàm ceteros omnes, de Helenæ sidere locutum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70864)

Quia sorbitione faciam ego te hodie mea;

Item vt Medea Peliam concoxit senem:

Quem medicamento, & suis venenis dicitur
Fecisse rursus ex sene adolescentulum,

Item te ego faciam.

Neque enim Peliam Medea, sed Æsonem è sene iuuenem reddidit: cum autem recepisset, idem se facturam Pelia; effecit, vt infelix senex natarum suarum manibus concideretur. quod si coquus ille item fecisset iuuenem Ballionem, vt Medea Peliam fecerat; non sanè bonam neque expetendam operam ei dedisset. fieri etiam potest, vt personæ seruerit: & cum loquentem induxisset hominem fordidum & abiectum, de industria peperam ab eo narrari veterem illam fabulam fecerit. Quòd si Ciceronis etiam illud è Catone maiore ita legendum est (vt sanè legendum puto.) Quo quidem me proficiscentem baud sanè quis facile retraxerit: neue tanquam Peliam recoxerit: nimirum tale aliquid hic quoque comminiscendum est. nam aut decorum id & consentaneum Catoni credidit: quòd & memoria vacillare γερωνιόν δειν: & interdum habet aliquid grauitatis in magnis viris minus accurata fabularum & talium rerum cognitio: aut hoc quoque inter μνημονία Ciceronis ἀμνηστία numerandum est.

Euripidem aliter, quàm ceteros omnes, de Helenâ
fidere locutum.

CAP. XI.

DE fidere Helenæ non idem ab omnibus traditum est. Plinius quidem libro secúdo Naturalis hystoriae, de eo, vt nauigantibus exitioso, locutus est. hâc cum geminas illas flamas, quæ Castoris ac Póllucis esse putabatur, salutare ac prosperi cursus prænúncias

K 2

esse

Ant. Mureti
via Lektioner
LIII
25

esse dixisset: *Harum, inquit, aduentu fugari diram illam ac minacem, appellatam Helenam ferunt.* Solinus quoque cum exposuisset multa mala, quæ menstruum mulierum efficeret cruor: *Habet, inquit, planè id solum salutare, quòd auerit sidus Helena perniciosissimum nauigantibus.* Papinius quoque idem de illis fulgoribus sententiam se ostendit hoc versu:

— cum iam damnata sororis

igne Therapnei fugerunt carbasa fratres.

Quinetiam Franciscus Vicomercatus Aristotelis Meteorologica exponens, & cur Castor ac Pollux salutes essent, & cur diri ominis Helena, causas, utriusque eiusmodi re, satis probabiles reddidit. At Euripides tamen in Oreste salutarem tam nauis esse pronuntiat. Ita enim de ea Apollinem loquentem facit.

Ζῆν' ὄψιν ἴσται, ζῶνιν ἀρδῖτον χροῖον.

Κάσπεϊ τε, Πολυδάκτει τ' ἐν αἰθέρι πύχαις

Συμδάκ' ἔσαι, ναυτίλοις σωτήριον.

Emendatus Plinij locus CAP. XII.

REDVNDARE videtur vox, voluptatiua, apud Plinium libro XIII. ubi de natura vini agit. cum enim vulgò ita legatur, *Prorsus ut iure dici possit neque viribus corporis utilius aliud, neque aliud voluptatiua perniciosius, si modus abfit:* melior videtur fore sententia, si ea, quam dixi, vox deleatur. hoc enim dicit: immo dico vino maximè debilitari corporis vires. quod Lucilius dixerat his versibus:

Scito etenim bene longinquum mortalibus morbum

In vino esse, ubi qui inuitavit dapsilius se.

Et Theognis:

ὄινον πινόμενον πάλυς κακός. ἡ δὲ τις αὐτὸν

Πίνῃ ὀπίσσω μένος, ἔ κακός, ἀλλ' ἀγαθός.

Et Pl.